

XXXIX. IDEM. [c. an. 1227. Roma.]

Arbitri electi ad causam recusationis, assignant Partibus terminum ad probandum causam suspicionis: & Judex recusatus compellit Arbitros ad causam futendam.

Causas recusationum refert Hostien. in Sum. tit. de Recus. §. que sunt cause. Joann. And. in cap. legitima, de appell. in 6. & Panorm. in c. cum specialem, infra de appell. Vide l. item si unus, ff. de arbit.

XL. IDEM Abbatii Sancte Genovefe. [c. an. 1228. Roma in Galliam.]

Delegata jurisdictione ad personas non expressis in Rescripto, etiam de ipsarum consensu prorogari non potest.

P. & G. per Literas 7 Apostolicas conquerentibus coram te de Episcopo London. quod concessum ab eis mutuum promissio loco & termino non perfolvit: pendente iudicio, l. Laicus, qui in quantitate quadam eisdem Mercatoribus tenebatur, se in tuam jurisdictionem (sicut asserit) voluit prorogare: ut si infra terminum constitutum predictam non solveret quantitatem, excommunicationis & interdicti sententias in personam & terram eius promulgares.

Quas hujusmodi occasione a te latus, decernimus non valere: cum etsi alias jurisdictioni preesse dicaris, quia in dictum l. nullam jurisdictionem habebas, jurisdictionis prorogatio nulla noscitur extitisse: cum hujusmodi delegata jurisdictione ad alias personas nequeat prorogari.

XLI. IDEM. [c. an. 1228. Roma.]

Major xx. annis potest a quocumque dari Delegatus. Idem in Majori xxij. dummodo interveniat consensus Partium. Minor vero xxij. non potest dari, nisi a Principe.

Um vigesimum annum peregeris, dari potuisti in etate hujusmodi Delegatus. Ceterum constituto intra etatem eandem (nisi Partes scienter consentirent in eum, qui annum xviii. transcendisset) facta delegatio ab alio, quam a Principe non teneret.

XLII. IDEM. [c. an. 1229. Roma.]

Potestas plurimum Delegatorum vel Arbitrorum simpliciter datorum expirat per mortem unius.

Uno delegatorum, vel arbitratorum (sicut proponis) rebus humanis exempto; eorum officium expirat: Nisi aliud in delegatione aut compromisso fuisset expressum.

XLIII. IDEM. [c. an. 1229. Roma.]

Delegatus Papa subdelegare potest, licet datus sit ex officio, vel de Partium consensu, vel cum clausula pre-electiois; videlicet, quod si non omnes, tu cum alio exequaris, &c. Hoc dicit, usque ad §. Ceterum.

Quoniam Apostolica Sedes intendit providere negotiis & non personis, quibus eadem committuntur; si Judex tertius licet ex officio nostro, vel de assensu Partium pro communi a nobis datus eisdem, alii delegaverit vires suas cum Delegato a Principe id concedatur a Jure delegatio valebit ipsius. Idem quoque dicendum est, cum mandatur Episcopo ut cum altero suorum Conjudicum mandatum Apostolicum exequatur; & tunc sine Subdelegato ab ipso Episcopo reliqui duo procedere non valebunt.

Is cui committitur negotium, ut personaliter exequatur, potest, si Partes consentiant, alteri subdelegare. Falit in casibus hic expressis. Hoc dicit usque ad §. Ceterum.

§. 1. Is autem, cui injungitur ut personaliter negotium exequatur, potest (dummodo Partes consentiant) hoc alii delegare. Praterquam si inquisitionem fieri, vel Ecclesiis de Prælati, vel aliis Ministris provideri mandaverimus, cum in his omnibus casibus industriam & fidem persone, cui talia committimus, eligere videamur.

Is, cui committitur nudum ministerium exequendum, non potest vires suas alteri committere. Falit in Legato Sedis Apostolicæ. Et est textus notabilis, & multum allegatur. Ab Sicul.

§. 2. Ceterum (salva Legatorum Sedis Apostolicæ autoritate) nulli, cui commissum fuerit predicare crucem, excommunicare, vel absolvere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel injungere penitentias, liceat hac de cetero aliis demandare: quia non tibi jurisdictione, sed certum ministerium potius committitur in hac parte.

Vide l. a judice, & ibi Pet. de Bellapert. & Cyn. C. de jud. & Bart. in l. §. quia, ff. de jur. jur. om. jud.

mandamus, al. mandamus. De his omnibus, deest in manus scriptis.

DE OFFICIO LEGATI.

TITULUS XXX.

I. ALEXANDER III. universis Suffraganeis Cantuarien. Ecclesie. [c. an. 1179. Roma in Angliam.]

Legatus Papa etiam per simplicem querelam adiri potest.

Um non ignoretis Cantuar. Archiepiscopum vobis non solum Metropolitanico sed etiam Legationis jure preesse; [Et infra a.] Sanè licet idem Archiepiscopus Metropolitanico jure audire non debeat causas de Episcopibus vestris, nisi per appellationem deferantur ad eum; Legationis tamen obtentu universas, que per appellationem vel querimoniam perveniunt ad suam Audientiam, audire potest & debet, sicut qui in provincia sua vires nostras gerere comprobatur.

[a. Mirabile satis est, quod quidam vestrum, sicut addivimus, asseverare presumpserunt, quod idem Archiepiscopus nullam causam de Episcopibus vestris sive Metropolitanis sive Legationis jure debeat audire, nisi per appellationem referatur ad ipsum.]

Petrus Cantuar. Archiepiscopus. Theobaldus Cantuariensis Archiepiscopus Legati nati titulo donatus est: qui sedi & successioni sue attribuitus, ab omnibus Cantuariensibus Archiepiscopis inde usque retinetur. Matth. Paris 137. 140. Hist. Cantuar. fol. 30. & 34. Sigisb. Gemblacensis. Thomas Bexet. Polydor. Neubrig. 356. 357. 479. 471.

II. CELESTINUS III. Magistro Columbo. [c. an. 1192. Roma forte in Angliam.]

De causa specialiter delegata a Papa, Legatus se intermittere non potest.

Studisti a nobis querere, utrum de causa, quam alicui delegamus, alius qui sit generalis in provincia Legatus, ante cognitionem vel postea cognoscere valeat; vel commissionis nostre processum, quem Judici Delegato transmittimus, taliter impedire. Respondemus, quod cum mandatum speciale deroget generali, Legatus commissionem alii factam specialiter impedire non potest: & si secundum formam mandati nostri sententiam nisi fuerit promulgata, non poterit ipse Legatus (nisi super hoc mandatum specialiter receperit) eam quomodolibet irritare; ipsam tamen (si rationabiliter lata fuerit) confirmare valebit, & executioni demandare.

Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil. Heec duo verba, a nobis, desunt in antiquis. Diffio, jam, deest in manus scriptis.

III. INNOCENTIUS III. tit. Sancti Laurentii Presbytero Cardinali Sedis Apostolicæ Legato. [c. an. 1202. Roma in Siciliam.]

Legatus etiam de latere ex generali Legatione non potest transferre Episcopo, vel unam Ecclesiam cathedrali alteri subdicere, & alteri concedere jus Primatiae, vel duos Episcopatus unire, vel unum dividere: excommunicatos tamen propter manus injectionem in Clericos, absolvere potest. H. d. cum c. seq.

Nisi specialis illa dilectio, quam ad personam tuam habuimus & habemus, justum motum animi nostri temperaret; pena docente, cognoscere, quantum excellentis, qui spretis Canonici functionibus, & consuetudine generali, motu proprio presumpsit Trojanum Episcopatum de Trojana Ecclesia ad Panormitanam de facto transferre.

IV. IDEM eadem. [c. an. 1202. Roma in Siciliam.]

Sanctam fuit supra in cap. precedenti.

Quod translationem, Et infra a.] Licet in regno Sicilia generalis sit tibi commissa Legatio; ad eam tamen sine speciali mandato nostro non debuisti manus extendere, que in signum privilegii singularis sunt tantum Summo Pontifici reservata. Et si quadam ex his, que de speciali concessione sepe fuere Legatis indulta, (ut illorum videlicet absolutio, qui propter faciles manus injectiones in Clericos, incidunt in Canonem promulgatam sententiam) videantur ex ipso Legationis officio jam licere Legatis: an existimas, quia vires nostras tamquam Legato tibi commissis exequendas, quod Panormitanam Ecclesiam posses subdicere Messanensi ut illam præheres isti, concessio tibi privilegio Primatiae? An putas ex eadem causa tibi licere, duos Episcopatus unire, vel unum dividere sine licentia speciali?

[a. Pontificis de Trojano Episcopatu ad Panormitanam Metropolitanam a te factam ratam volumus habere, zelus utique reclinamus, non amariuntis nos induxit: quia]

V. IDEM Bonon. m. a. Episcopo & M. Capellano Subdiacono nostro. [an. 1222. Roma in Apuliam.]

Ex quo Legatus retulit causam Papa, illius desinit esse Judex.

Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. De unctione vide Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 15. & ad loci.

L. Pompejana, ff. de procurat.

m. Baton. Potentini. Barotiniensi.

Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. d.ans, Trojani.

licet n. Tranens. Canonici ab initio dissentissent, tandem unanimiter confenserunt, G. fratrem Cassinensis Abbatem, Trojani.

Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil. d.ans, Trojani.

De officio Judicis ordinarii.

VIII. GREGORIUS IX. Patriarchæ Hierosolymitano. [c. an. 1228. Roma in Palestina.]

Presente Legato de latere, minor Legatus executionem officii sui dimittere debet.

Volentes infra. Fratritati tue Legationis officium in provincia tua duximus committendum, ita tamen quod si Legatum ad partes illas de latere nostro contigerit destinari, executionem ipsius officii, quamdiu Legatus ipse ibi fuerit, pro Sedis Apostolicæ reverentia omnino dimittas.

Petrus Presente Legato, &c. [Fazellus pag. 478. eadem propè discordia inter Archiepiscopum Cantuariensem, & C. Vinton. Epist. 117. ex Nuburgeni.]

IX. IDEM. [c. an. 1229. Roma.]

Legatus non de latere, sed ratione persone, extra provinciam sibi decretam abjolvere nequit excommunicatos pro injectione manuum in Clericos, nec etiam in provincia si tales excommunicati aliunde veniant. Legatus vero ratione Dignitatis nullus tales abjolvit: Hoc dicit, secundum communem intellectum.

Excommunicatis pro injectione manuum violenta, Ecclesia Romana Legati, qui de ipsius latere non mittuntur, extra provinciam sibi commissam, vel ibidem si hujusmodi manuum injectores illuc contingat aliunde accedere: & qui Ecclesiarum suarum preterit Legationis sibi vendicant dignitatem, etiam Subditis (quamvis in provincia sua exierint) beneficium absolutionis impartiri non possunt: nisi de speciali gratia illis & itis amplius a Sede Apostolica concedatur.

Petrus Idem. Ex Concilio Vallingh. in Hypod. pag. 59.

X. IDEM. [c. an. 1229. ibid.]

Durant Legati statuta etiam Legatione finita; finitur tamen sibi Delegati jurisdictione, si citatio non præcessit.

Nemini dubium esse volumus, quin Legatorum Sedis Apostolicæ statuta edita in provincia sibi commissa durent tamquam perpetua, licet eandem postmodum sint egressi. Secus autem si causas dixerint aliquibus delegandas, cum jurisdictione illorum expirat, si ante illorum discessum horum citatio non præcessit.

DE OFFICIO JUDICIS ORDINARI.

TITULUS XXXI.

I. EX SYNODO Joannis Papæ. [an. 872. in Gallia.]

Episcopi in suis Diocesis possunt crimina inquirere & punire; & cum opus fuerit, invocare brachium seculare.

Perniciosa. Et infra. Habeant igitur Episcopi singularum urbium in suis Diocesis liberam potestatem, adulteria & scelera inquirere, ulcisci, & iudicare secundum quod Canones censent, absque impedimento alicujus. Et cum opus fuerit, publicum convocent auxilium; non ad prejudicandum, sed potius ad ea, que Deo sunt placita, prosequendum.

II. EUGENIUS 6. Papa. [imò Alexander III. c. an. 1165. Roma in Angliam.]

Ordinarius, qui scit non ut Judex vel homo, sed ut Deus Subditum esse criminis reum; indeterminate poterit, sed non nominatim eum arguere, vel punire.

Si Sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum alicujus criminis: vel si confessus fuerit, & emendare noluerit, nisi iudiciali ordine quis probare possit: non debet eum arguere nominatim, sed indeterminate; sicut dixit Christus: Unus vestrum me traditurus est. Sed si ille, cui damnatum illatum est, petierit justitiam, potest excommunicare autorem damni, licet etiam ei confessus sit: sed tamen non nominatim potest eum removere a communione, licet sciat eum esse reum; quia non ut Judex scit, sed ut Deus: sed debet eum admonere ne se ingerat; quia nec Christus Judam a communione removit.

III. ALEXANDER III. Florentin. Episcopo. [c. an. 1170. Roma in Hetruriam.]

Si Ordinarius subiectus Episcopo profert in sibi subiectum justam sententiam Ecclesiasticam; Episcopus illum persequi debet, & illam sine satisfactione & conscientia Professoris relaxare non debet.

Um ab Ecclesiis hujusmodi Prælati Ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur; rata debet & firma consistere; & usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Quapropter mandamus, quatenus si quando Plebanus sancti Petri in Clericos vel Laicos Parochianos suos interdicit vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit; ipsam facias inviolabiliter observari, & eam sine congrua satisfactione, & absque ejusdem Plebani conscientia non relaxes.

Petrus P. Panerasci Lucarum. Paneratii meminit Ricordanus.

Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil. Vide Conc. Trid. sess. 4. de reform. c. 8. Vide l. imperium, cum not. ff. de jur. jur. om. jud. al. Augustinus in Concil. p. 50. c. 55. Idem Norvicensis Episcopo. Cap. 6. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. p. 50. c. 55. Math. 26. Marc. 14. Luc. 22. Jan. 13. actorem, in antiquis.

Vide Thom. 3. p. 9. 80. art. 6. & post Conc. Later. in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 6.

Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 6.

Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 6.

P. al. Abbatem: Et tunc dic. G. Fratrem Cassinensem Abbatem.

batis in Archiepiscopum eligentes, cujus electionem Portuensis Episcopus tunc Legatus, examinari præcepit: [Et infra a.] Nuncios præfati Abbatis nobis literas presentavit, gravem contra jam dictum Legatum querimoniam continentes, quod postquam electionem examinaverat, & eam ad nostre deliberationis examen transulerat, nunciis jam directis, electionem eandem multoties nimis examinare præsumpsit: Et infra b. De consilio Fratrum nostrorum examinationem secundam, tamquam a non suo Judice factam, postquam negotium ad nostrum fuerat translatum examen, censuimus irritam & inanem.

[a. Et examinationem redactam in scriptis fecit sigillis dilecti filii Archiepiscopi, & Magistri Petrarcb. muniti, cum suo quoque sigillo ad Se. Ep. transmittendam: literas quoque suas nobis pro fratre didi Cassin. Abbatis deprecatoris destinavit, quas cum decreto electionis omnium Canonorum subscriptionibus roborato, necnon & literis Suffraganeorum & populi, tres de Canonici Præsent. Ecclesie ab universo Capitulo destinavit, nobis humiliter præsentantur, petentes electionem Canonice de persona idonea celebratam auctoritate Apostolica confirmari. Nos autem ad majorem cautelam ad præfatos Canonicos juramentum recipimus, non a nobis exactum, sed ab illis oblatum; & factum electionis, sicut est & moris & juris, examinationis diligenter. Interim verò.]

[b. Unde petebat per viros idoneos suspicionem carentes de ipso facto inquire. Cuique præfatus supervenisset Episcopus, & ea, que gesta sunt, intelleximus ab ipso.]

Petrus Bonon. V. C. Boron. Episc. Banerfi, Botouinensi, Barensi Archiepisc.

VI. IDEM Sancti P. & Sancti Leonis Abbatibus & R. Archi. Tullen. [c. an. 1202. Roma in Belgium.]

Legatus de latere confert Beneficium vacans, licet illud spectet ad presentationem alicujus Clerici. Hoc dicit, & est casus notabilis.

Dilectus filius R. Metensis Canonice intimavit, quod cum Præsentibus Episcopis Apostolicæ Sedis Legatus Ecclesiam Sancti Trudonis contulisset eidem: Meten. Archiepiscopus, ad quem illius Ecclesie præsentatio pertinebat, asserens quod eodem inconsulto conferri non potuit a Legato, Canonicum ipsum super eadem Ecclesia molestare præsumit. Cum igitur plus juris habere in concessione Prælati, quam in presentatione Patronus, nec præjudicet Prælati, si quando per Apostolicæ Sedis Legatum eo inconsulto Ecclesia concedatur: mandamus, quatenus dictum Archiepiscopum ut ab ejus super hoc molestatione desistat, appellatione remota cogatis.

Petrus S. P. & Sancti Leonis Abbatibus. Extra muros Tullenens.

VII. IDEM illustri Regi Francorum. [c. an. 1202. Roma in Galliam.]

Legatus in pluribus locis potest in quolibet dictorum locorum jurisdictionem suam exercere: ita quod factum loci potest in alio explicare. Hoc dicit Panorm.

Novit ille, qui nihil ignorat: [Et infra a.] Ex parte tua querimoniam accepimus, quod cum tibi Legatus esset certa ratione suspectus, extra fines Regni Francorum in Terram tuam interdicit sententiam promulgavit; [Et infra b.] Tuae Magnificentiæ respondemus, quod etsi fines Regni Francorum exterrat, nondum tamen fuerat terminus tue Legationis egressus, cum non solum in Regno Francorum, sed in Viennens. Lugdun. & Bifontin. provinciis injunctam sibi a nobis Legationis sollicitudinem suscepisset.

[a. Quod Regis sublimitati: Et infra. Neper autem primo dil. fil. M. & Vvalt. milites, & postmodum dil. fil. Magistrum F. Decanum Avrel. cum literis tuis benignè recepimus, & curavimus multipliciter honorare, sicut per ipsos poterit tue Serenitati plenius patere. Ipsi autem in nostra & Fratrum nostrorum præsentia constituti contra eundem Card.]

[b. Qui etiam in animam tuam promiserunt & obtulerunt jurare, quod tu coram Legatis & Delegatis nostris super hoc negotio stabis Juri, & quod propter hujusmodi negotium, nec per nos, nec per alium fueris ex parte nostra citatus ut Juri pareres, prædictam petens sententiam, recepta hujusmodi cautione juratoria, relaxari. Ceterum ad ea que contra Card. objecerant & eis respondimus, &]

[c. Extra fines regni Francorum.] an. 1199. cum Philippus Rex uxorem suam Regis Danorum forem dimisisset, mittitur Legatus in Franciam Petrus Capua Diaconus Cardinalis ad commendandum Regem ut relictam reduceret: sed cum id minime potuisset, in reditu cum jam a Regni finibus excessisset, non modo Regis, sed & finitimum Principum regiones subiecti interdicto. Roberts. Antiffodor. S. Mariani Monachus.

Cap. 5. eod. tit. in 1. Compil.

Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. De unctione vide Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 15. & ad loci.

L. Pompejana, ff. de procurat.

m. Baton. Potentini. Barotiniensi.

Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. d.ans, Trojani.